

The Electronic *Manipulus florum*
www.manipulusflorum.com

Humilitas o
cum uariis

Quia origo uirtutis humilitas est, illa in nobis uirtus ueraciter pululat, que in radice propria, id est in humilitate, perdurat. A qua nimirum, si absciditur, arescit, quia uiuificantem se in infimis humorem caritatis perdit.

Gregorius libro XXVII. moralium.

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P V¹ V² L¹ L²):

Humilitas o] Humilitas p P V¹ V² L¹ L²; humilitas] humilitatis P V¹; uiuificantem] uiuificancio M; libro *om.* C